



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Fasti Mariani Cum Divorvm Elogiis In Singvlos Anni Dies Distribvtis

**Brunner, Andreas
Pfeffer, Wilhelm**

Antverpiæ, 1637

S. Maxellendis V. M. 13. Novembris.

urn:nbn:de:hbz:466:1-44055

pisse. Me quidem judice his omnibus imperavit ultima in generoso adolescente animi demissio, quā nobilissimus æqualium suorum flosculus ad infima etiam obsequia descendere non erubuit, neque jam aut calceos purgare, aut purgatos inducere aliis abhorruit. Talis facilè regis Dagoberti (cujus inter ephebos agebat) oculos cepit, tunc præsertim, cùm dormienti cælum inusitatâ luce advigilare perspexit. Nam post hoc ipsorum Superūm testimonium non potuit quin castissimè amplexatus dulcissimeque deosculatus CVNIBERTVM in filium rex adoptaret. Sed ambivit nobiliorem hereditatem cæli capax animulus, mundoque valere jusso, D E O & aris se addixit. Ab his ad Pontificatum Coloniensem evectus est, bonis utique avibus, quando sacrificantis caput ambire candidissima è cælo columba visa est. Obiit cæli delicium, & amor civium, anno DCLXIII. & amare se vicissim hos mortuus ostendit, cùm grassantem urbe ignem, & jam D.Petri basilicam expugnantem, pressit domuitque. Neque mirum hoc nobis videtur ; majores & Veneris flamas puer jam vicit. Ex Surio.

His qui ex Deo sunt, omni te obedientiâ & humiliatae substerne, ut qui in te Christum querunt, Christum inveniant, & in mansuetudine, quam exterius viderint, auctorem mansuetudinis in timentis solio presidere deprehendant. S.Pet.Dam.l.6.Epist.30.

S. MAXELLENDIS V. M. 13. Novembris.

SUPRA & sexum & ætatem MAXELLENDIS Cameracensis virguncula sapuit, crepundia rata, quidquid magnum orbis oculis ostentat, & generoso fastidio omnia terræ nauseans, uni cælo arri-

3.Nov.
peravit
missio,
ilus ad
rubuit,
tos in-
Dago-
cepit,
usitatā
sorum
astissi-
Cvni-
mbivit
nulus,
ldixit.
vectus
is ca-
a visa
anno
osten-
Petri
. Ne-
enc-
mili-
istum
vide-
præs-
brit.
Ca-
rata,
ge-
cælo
rrī-

13.Nov. VITÆ SANCTORVM. 553
arridens. Quid, quod needum viro, sed cælo ta-
men matura se lubens volens huic despondit? Ita-
que serò nimis posteà filiam in manus dare Har-
tuino juveni nobili & prædiviti parentes consti-
tuerunt. Noctem enim illa pro consultatione
cum petiisset, ei que qui optima suaderet, Tute-
laris Angelus intervenisset; in eam denique sen-
tentiam virgo animus ivit, ne detrimenti quid-
quam virginitas caperet, omnia & agere & pati,
quoniam vitam potius ipsam quam pactam Christo
fidem prodigere. Nec multò post, duce pessimo
amore, bellum movit virginitati Hartuinus, &
cum absentibus parentibus ædes castissimas ex-
pugnasset, proditæ ab ancillula MAXELLENDI, & è
latebris protractæ, ubi florem non potuit, vitam
abstulit. Verum, ut videret sub quo stipendio me-
reret, oculos eo ipso in loco amisi, nec nisi post
tertium annum, quando ad tumbam virginis ve-
niā sceleris rogavit, recepit, reapse id edoctus,
quod nequaquam Poëtae mentiantur, tyrannum
esse Amorem & cæcum. Ex Surio.

Hæc nostræ Christianitatis summa est, ut amantibus
vicissitudinem, lædentibus patientiam rependamus: qui
ergo fuerit patientior ad injuriam, potentior constitue-
tur in regno. Non enim ad imperium cælorum perveni-
tur superbiâ & divitiis, sed humilitate, pauperie, leni-
tate. S.Maxim.serm.de S.Mich.

S.HOMOBONUS CONF. 13.Novemb̄s.

F Ecit HOMOBONVS nomini vitam respondere.
Neque adeò huic rei conjugium, quo impli-
catus fuit, neque mercatura, quam exercuit, ob-
stítit. Quin tum demum non sterilem se putavit,
cum patrem illum miseri appellarent; tum lucrum

Aa

se